

lata 70-150 mm. longa 2,5-3,5 mm. lata viridis parallelonervis apice acuta vel acutissima. Scapus 170 mm. longus in gemma annotina centralis 2 mm. latus viridis; bracteæ altermæ ad superiores magnitudine decrescentes 2-10 mm. longæ scariosæ acutæ. Inflorescentia racemoso-spicata glaberrima, bracteæ 1.5-2.5 mm. longæ lanceolatæ scariosæ, pedicelli 1-2 mm. longi. Perigonii phylla 6 alba omnia conformia oblonga 1.5 mm. longa uninervia. Stamina 6, filamenta subulata alba 1 mm. longa, antheræ caducæ ovatæ biloculares introrsæ albæ circ. 0,5 mm. longæ. Carpella 3 trisulcatim conniventia viridia. Styli circ. 0,5 mm. longi divergentes lineari-linguiformes intus stigmatosi. Fructus verosimiliter folliculam format.

Hab.

Hondo: circa cumulum nivis montis Shibutsusan, Ose, prov. Kōdzuke (H. HARA—typus in Herb. Imp. Univ. Tokyo); in humidis montis Shibutsusan, Ose, ubi cum *Pinguicula vulgare* socialiter crescit (Y. KOBAYASHI); Ose (E. IISHIBA).

942) ***Ixeris nikoensis*** NAKAI, sp. nov.

Radix perennis multiceps. Caulis radiatim prostratus 100-600 mm. longus glaber tenuis. Folia glabra integra, radicalia lanceolata rarissime obovata vel ovata petiolis 9-30 mm. longis, laminis 9-48 mm. longis 3-10 mm. latis basi in petiolem alato-attenuatis apice acutis vel acuminatis rarissime obtusis vel obtusiusculis, caulina radicalibus conformia sed minora et superiora brevius petiolata. Capita in apice rami corymbosa in quaque inflorescentia 1-5; pedunculi 15-57 mm. longi, pedicelli 10-42 mm. longi, bracteæ angustæ 1-3 mm. longæ glabræ. Involucrum tubulosum squamis 8 lanceolatis viridibus acutis 6-7 mm. longis, basi squamis ovatis vel ovato-lanceolatis 4-7 alternatim imbricatis 0.5-2 mm. longis suffulta. Flores omnes ligulati flavi involucrum duplo superantes. Pappi candidissimi setacei tenuissimi biseriales circ. 5 mm. longi. Achenia fusca anguste fusiformia basi angustato-truncata apice rostrata cum rostris 4 mm. longa distincte 10-costata non rugosa.

Hab.

Hondo: in arenosis torrentis Daiya-gawa circa Umagaeshi, Nikko, prov. Shimotsuke (T. NAKAI—typus in Herb. Imp. Univ. Tokyo).

Suppl. ad no. 352) ***Distylium lepidotum*** NAKAI in Tokyo Bot. Mag. XXXII, p. 220 (1918).

Racemus in axillis foliorum annotinorum axillaris 9-22 mm. longus, axis ab oculis nudis grisea sed sub lente stellato-tomentosa; bracteæ ovatæ deciduæ 1.5 mm. longæ fusco-stellulato-lepidotæ. Flo-